



Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus eiusque mensis, excepto Julio et Augusto
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

Tihany.

Bello per quattuor annos gloriose belato, attamen propter prodictionem infelicitate finito non solum fines Patriae antiquissimos et a Deo ad Patriam defendendam procreatios amissimus pace illa detestanda, quam hostes nostri in Trianon composuerant, cuiusque condiciones ut subiremus, ab illis coacti sumus, sed etiam plurimis cultus atque humanitatis institutis privati sumus.

Quamquam hostes nostri omnibus viris contentis id egerunt, ut nomen Hungari de terra delerent, vigor¹ vitae¹ iterum revixit² et supplere³ studet amissa. Viri illi, qui rebus cultus⁴ atque humanitatis⁴ praesunt, praesertim vero minister cultus et scholarum, Cuno e comitibus Klebelsberg nihil⁵ non⁵ fecerunt,⁵ ad efflores-

cendas⁶ litteras et doctrinam. Omnia enim nobis adimi possunt praeter doctrinam et litteras et artes.

Quibus consideratis Cuno e comitibus Klebelsberg praeter complures scholas elementarias, in paeninsula Tihany ad litus lacus Balaton domum magnificam et splendidam aedificari iussit, in qua viri docti, etiam peregrini vitam animalium

¹ életerő ² újjáéled ³ pótol ⁴ kultúra ⁵ minden áldozatot meghoz ⁶ felvirágzat.



Per.
Lat
020

in lacu Balaton viventium cognoscerent et studiis biologiae, quam dicunt, operam darent.

In imo⁷ monte viri docti mysteriis naturae investigandis occupati sunt, in summo⁸ monte filii Sancti Benedicti creatorem naturae, Deum omnipotentem adorant.

7 a hegy lábánál 8 a hegy tetején.



Sanctus Stephanus.

Scripsit: V. F.

*Interea victor rebus tellure subacta¹
Compositis,² postquam in quiete, Chanadius alma
Vivere ruricolas³ fecit⁴ tranquilla⁵ petentes,
Cum maiore viam est ingressus parte cohortum
Admissoque citatus equo matural⁶ adire
Solvam, ut de rebus referat feliciter actis.
Huc ubi pervenit, regalem tendit⁷ ad aulam,
Ingressusque uno duplicato poplite⁸ rursus
Surgit et ore statim verbis ita fatur aperto:
«Rex auguste, meas nolo res dicere gestas
Achtoniique manus superatas esse rebelles:*



De sapientia Periclis.

Pericles nobilissima familia ortus optime educabatur, quia clarissimis philosophis magistris usus est. Praecipue eloquentia excellebat, itaque triginta annos rem publicam Atheniensem administravit. Quietem animi sapientiamque eius neque iniuriae hostium nec vehementissimae altercationes turbaverunt. Maxima prudentia etiam superstitionem aetatis suae superavit, quod haec fabella testatur.

Aliquando navem descendens, ut hostes oppugnaret, repente solis defectus ortus est. Unusquisque hoc miraculum malum omen putavit. Gubernator persuasit omnibus, ut iter different. Solus Pericles quietus mansit. Cum autem nautae sententiam eum roga-

*Iulus haec tibi iam narravit. Peste repulsa
Contigit in latis pacem componere¹⁰ terris
Agrestique bonam vulgo renovare quietem.
Iam nihil est reliqui, nisi praecones¹¹ ut in illos
Militantur fines,¹² divum qui condere¹³ cultum
Incipient hominumque malos extinguiere mores». Sic ait; at Stephanus, dextra qui sceptra¹⁴ tenebat,
Ore residenti¹⁵ verbis respondet amicis:
«Laeto res animo novi feliciter actas
Et tibi pro meritis de pectore gratulor imo
Magnae sunt laudes, quas tu virtule tulisti¹⁶
Debenturque tibi grates, quamquam duce victo
Iulus est pariter dignus mercede laboris,
Qui caput Achtonit tulerit cervice recisum». Accipit¹⁷ hanc famam pallente Chanadius ore,
Deinde rubore genas¹⁸ perfusus talia fatur:
«Maxima debentur victori praemia laudis
Et maiore, ducem qui stravit, dignus honore;
Si tamen Achtonium confecit¹⁹ Iulus ipse,
Iam caput illius cupio linguamque videre». Iulus appetat; Stephanoque iubente reclusis²⁰
Dentibus attoniti²¹ cava²² conspexere palata²³
Et linguae mutilae²⁴ radices²⁵ sanguine sicco.*

1 meghódít 2 rendez 3 falusiak 4 nyugalom 5 vágyakozik 6 siet 7 tart 8 udvar 9 térd 10 kötni 11 hirnök 12 terület 13 alapít 14 jogar 15 mosolygó 16 szerez 17 hall 18 arc 19 megöl 20 felnyit 21 megdöbbében 22 üres 23 száj 24 csontka 25 tö.

vissent, paludamento gubernatoris super caput posito quaesivit: «Vides aliquid?» «Minime» — gubernator respondit. «Habesne hoc malum omen?» «Nullo modo.» «Ergo paludamentum meum et luna — pergit Pericles — nihil aliud inter se differunt, nisi quod hoc maius est illa». Hedvig Barla.



De filio pio.

In Latinum convertit: Josephus Albrecht.

C. = Carolus. A. = Avia.

C. Quaeso te, carissima avia, narra mihi de filio pio; id est pulcherrimum.

A. Narrabo de illo; igitur attende.

C. Expecta paulum, cogito. — Vixit olim — quidam filius; mater eius aegrota fuerat; tum puer discessit.

A. Non dicis bene. Tum dixit mater: Mi fili.

C. Aegrota sum.

A. Exire non possum.

C. Dedit ei pecuniam et dixit: Exi et fer mihi prandium.

*Tum malis²⁶ ridens alienis²⁶ inclutus²⁷ heros
 Ludibiosa²⁸ viro pallenti verba locutus:
 «Heu te mendacem, fortem qui viceris ipse
 Achtionum duraque caput cervice revulsum²⁹
 Tecum portasti, nunc dic, ubi lingua latescit?³⁰
 Testes sunt comites, praefecti, centuriones
 Achtionum per me conversa cuspide fixum.³¹
 Neu quisquam dubitet, vobis ostendero linguam».»
 Haec dicens pera Stephano mirante soluta
 Exprompsil³² linguam dextraque levavit in altum.
 Fit murmur; Stephanus mutato fervidus ore
 Coram plebe virum sic increpat:³³ «Arte dolosa
 Insinuasti³⁴ te nobis, homo pessime, mendax!
 Et privare virum voluisti laude triumphi.
 Nunc, scelerate, domo nostra discede nec unquam
 In nostrum venias conspectum, sed sacer³⁵ esto
 In tenebrisque³⁶ late, donec tua vita manebit.»
 Iulius ore rubens demisso³⁷ vertice porta
 Egressus mox in creperis³⁸ evanuit³⁹ umbris.*

(Finis.)

²⁶ gúnyosan (mala = állkapocs) ²⁷ híres ²⁸ gúnyos
²⁹ levág ³⁰ lappang ³¹ átszúr ³² elővesz ³³ rátámad
³⁴ behízelgi magát ³⁵ átkozott ³⁶ ismeretlenség ³⁷ lehajtott ³⁸ homályos ³⁹ eltünik.

A. Filius ivit et collocutus est cum sene quodam, qui fuit — nunc Carolus!

C. Qui fuit — senex.

A. Ita! Qui vix ire potuit; dixit: Care puer.

C. Da mihi quidquam! heri et hodie non edi panem. Tum dedit puer pecuniam ei.

A. Comprehendit senis...

C. Manus, angelus fit senex et: Care puer — inquit.

A. Pro beneficio tuo praemium tribuit tibi Deus: quos aegrotos tangis.

C. Manibus.

A. Certo.

C. Illi sani erunt.

A. Filius cucurrit domum et prae gaudio loqui non potuit.

C. Amplexus est collum matris et flevit gaudio.

A. Tum clamavit mater: Quid de me fiet! et facta est — nunc, Carolus!

C. Et facta est — et facta.

A. Iam non attendis! — est sana. Puer sanavit imperatores et reges. Imperator factus claustrum aedificavit ad Dei gloriam.

Lucius Marius.

Scripsit: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

8. Viginti quattuor annis post.

Exeunte¹ Februario multo² mane³ adolescens et puella solem, qui supra montes Arcadiae se tollebat, observabant.³ Primo aspectu Lucium adesse Marium et Philaretum crederes. Profecto adolescens erat Marius iunior et puella Rhodium, filia Lucii et Philaretus. Mox apparuit etiam vetus noster amicus. Vultus barbatus⁴ erat paulo rotundior,⁵ ingressus tardior.⁶

— State pueri! — clamat — non miseret vos senis, quod tanta celeritate montem ascenditis? Tu, Rhodium, tam celeriter curris, quam Atalanta. At quiescamus paulum et Scitonem canesque exspectemus.

Locus, ubi stabant, longe amoenissimus⁷ erat. Ingens a tergo silva patebat, quae tum feris plena erat. Orientem versus Arcadiae montes eminebant. Contra eos erat locus Graeciae celeberrimus, planities Olympia cum lucis⁸ olearum et platanorum, cum templis atque aerariis.

Mox Scito venator quattuor canes loris⁹ ducens advenit.

Plagas¹⁰ — inquit — disposui, unam inter duo saxa in extrema silva, alteram in vetere loco praeter fontem; ibi enim heri noctu vidi leporem.

Ubi ad extremam silvam perventum est dimissis canibus indagatio¹¹ ferarum incipit.

— Rhodium — inquit pater — hic remanebis. Ne nobis diu praestoleris; nisi intra duas horas redierimus, revertere domum. Venabulum¹² hic relinqu.

Puella in voluntate patris facile requiescit. Primum duos fasciculos,¹³ unum ex violis, alterum ex anemonis¹⁴ nexuit; tum sub citro virescenti residens e sinu tunicae volumen prompsit et legere coepit Atheniensium et Lacedaemoniorum bella cum Persis gesta, quibus Graecia liberata erat.

¹ vége felé ² nagyon korán ³ figyel ⁴ szakállas
⁵ gömbölyű ⁶ lassú ⁷ kies ⁸ liget ⁹ szíj ¹⁰ háló
¹¹ nyomozás ¹² vadászgerely ¹³ csokor ¹⁴ kökörcsin

Ferme per horam legerat, cum ex dumeto¹⁵ verres¹⁶ exsiluit ingentissimus et ipsam Rhodium cursu petivit. Puella tanto patre digna genu duplicato venabulum in feram appropinquantem dirigit. Duo canes latrantes apro instant. Animal furore obcaecatum summis viribus in venabulum irruit, quod tamen callo¹⁷ monstri leve vulnus intulit. Cum aper impetu vehementi cuspidem¹⁸ avertit, percusso latere Rhodium de via abiicitur. Tum canes feram indepi furiose nervos mordebant. Aper uni ex canibus, Excubitor, turpe vulnus intulit. Eo temporis momento frater in loco apparet et cultellum¹⁹ apro, qui cum canibus luctans hostem novum non animadverterat, summis viribus infligit. Rabidum²⁰ animal vehementer se volutans humi porrigitur.

Cum pater advenisset audivissetque, quid Rhodio accidisset, primum tremebundus expalluit, deinde laetus est nil mali factum esse.

Venatores itinere celeriter confecto domum pervenient et vulnere canis alligato²¹ accusuerunt.

Cum prandium finiebatur, servus ingressus tabellarium²² adesse nuntiavit.

— Introduc eum — inquit Lucius.

Tabellarius ingressus domesticos salvere iubet et fasciculum²³ purpureo linteo circumplexatum Philaretae tradit. Quae revoluto²⁴ fasciculo volumen videt rubro sigillo obsignatum. Philarete volumine replicato legere coepit, quae scripta erant :

«Lucius Atilius, scriba publicus Tarentinus, Philaretae matronae salutem. Certiore te facio civem nostrum venerabilem, Marcum Plautinum senatorem prid. Kal. Febr. mortuum esse. Qui testamento per me tribus annis ante conscripto de re familiari sic constituit:²⁵ Oppido Tarento legat²⁶ quadringenita milia sestertium, quorum fenora pauperibus dividantur; Brundisio tantamdem sumnam eodem consilio. Quae supersunt: agros, domos, pecuniam, ornamenta, supellectilia, omnia quaelibet bona Philaretae, Lucii Marii uxori legat. Suadeo, ut aut ipsa venias aut mittas hominem fidem, qui negotia expediat.²⁷ Scripsi Tarenti, a. d. VIII. Id. Febr. anno post

Romam conditam septingentesimo quinto decimo».

— Quid haec sibi volunt? — querit Lucius. — Memimistine illius Plautini Tarentini?

— Meminisse mihi videor — respondet Philarete. — Me puella iam senex fuit. Aliquando cum patre meo fuerat in amicitia, sed coorta altercatione²⁸ non amplius inter se verba²⁹ commutaverunt.²⁹ Mater eius Graeca, Lacaenam opinor, regioque genere nata esse fertur.

Adolescentuli maxime concitati erant.

— Quando Tarentum proficisciemur? — interrogat Marius iunior. — Matercula enim abire debet, ut hereditatem intervisat,³⁰ nos autem, ut materculam intervisamus.

— Proficisci? — clamat pater. — Modo post aequinoctium.

Post meridiem scriptis litteris scribae publico nuntiatur Philareten eiusque familiam ineunte³¹ Aprili Tarentum esse peruenturam. Altero die tabellarius viginti aureis donatus cum literis profectus est.

9. Hortulanus.³²

Ineunte Aprili familia Maria Tarentum peruenit. Omnes Tarentini aderant visuri peregrinos, qui, velut uno ictu, ditissimi facti erant. A dignitate senatus abhorrebat³³ privatum quamvis locupletissimum publice salutare, tamen cuncti senatores apparuerunt. Aderat etiam Atilius, scriba publicus, senex macilentissimus;³⁴ ipse constituit, qui ditissimam Philareten adire sinerentur.

At Lucius in aurem ei insusurrat :

— Fac cura, ne nos turba comitetur. Dicas omnia, quae aequa ac iusta sunt, nostris amicis, at permitte, ut quam primum donum eamus.

— At saltem saluta senatores — respondet scriba publicus.

Lucius invitus facit. Postea tamen domum properant. Philarete et Rhodiam in lectica ab octo servis Afris vehuntur. Domus quidem

¹⁵ eserjés ¹⁶ vadkan ¹⁷ vastag bőr ¹⁸ dárdá ¹⁹ kés ²⁰ dühöngő ²¹ beköt ²² levélhordó ²³ csomag ²⁴ felbont ²⁵ rendelkezik ²⁶ hagyományoz ²⁷ elintéz ²⁸ szóváltás ²⁹ szót vált ³⁰ megnéz ³¹ kezdetén ³² kertész ³³ ellenkezik ³⁴ sovány.

erat inornata³⁵ forinsecus, at cum ianitor fores aperuisset, splendidissima penetralia³⁶ conspiciuntur. Vestibulum quadris³⁷ marmoreis versicoloris³⁸ laqueatum,³⁹ utrumque simulacra ex albo marmore collocata; deinde patulum cavaedium,⁴⁰ cuius in medio aquae⁴¹ salientes⁴² in sublime ferabantur; hiemale triclinium, quod sinum spectabat, cuius fenestrae ita positae erant, ut a mane usque ad vesperum omnes radios solis intromitterent; aliud triclinium, quod aestate usurpabatur, spectabat ad septentriones; erant etiam conclavia alia colloquiis,⁴³ alia hospitiis excipiendis destinata duoque cubiculorum ordines ad usum aestivum et hiemalem.

Postquam homines ad lavandum vestemque mutandam paulum sibi temporis sumpserunt, in triclinium itur. Atilius quoque invitatus est. Prandium adeo lautum atque opimum erat, ut advenae, qui per multos annos cibis vulgaribus ac modicis assueti fuerant, obstupescerent. Sex genera piscium apponuntur cum garis⁴⁴ diversis; scriba publicus animos eorum praecipue ad rhombum⁴⁵ ingentem advertit, quem piscator quidam Bariensis ceperat et Philaretæ dono misserat; pinguis anser, duo phasiani,⁴⁶ ovis, aves ad⁴⁷ viginti, uber⁴⁸ in patina suillum erant inter cetera scitamenta⁴⁹ et cupedia, quorum aspectu Philarete statuit, ut in futurum domestica⁵⁰ negotia⁵¹ minus profusa⁵² essent.

Priusquam dormitum ierunt, multo mane spatiatum⁵³ ire constituerunt. Altero die cum in vestibulum convenissent, Lucius interrogat:

— Quo eamus? Dic Rhodium.

— Qua ventus flat! — clamat puella.

Atque ubi haec dicebat, lenis aura venit a sinu. Itaque ad septentriones se verterunt. Post aliquot centum passus ad portam pervenient per quam rusticae mulieres ex pagis vicinis cum altilibus,⁵⁴ fructibus aliisque cupediis in oppidum confluebant. Regio proxime oppido circumiecta plana atque neglecta videbatur. At repentinus viae flexus prospectum mutavit. Ad locum clausum, qui saepimento⁵⁵ florenti circumdatus erat, pervenient. Hortus diversis coloribus oculos paene perstrinxit.⁵⁶ In latere septentrionali series platanorum eminebat. Mali, piri, pruni rectis ordinibus ad finem extendebantur me-

ridianum, ubi longi castrorum⁵⁷ cereorum⁵⁸ ordines stabant. Hortus angusta via bifariam divisus erat; in una parte holera nascebantur, in altera flores versicolori splendebant.⁵⁹

Ad rosae fruticem senex stabat, qui horti possessore esse videbatur.

— Ita est, ut dixi — inquit homini, qui ante ipsum stabat — nemo est in Italia, qui maturius rosas in forum portare possit; alii tamen rosis ex Aegypto invectis me praeveniunt. Aegypti hiemem ignorant, hic vero frigora verna sunt crudelia.

— Amice — respondet alter — si tam prope Alpes, quam ego, habitasses, magis contentus essem. Floribus pomorum post medium Aprilem semper metuebam. Non nullis annis vix quidquam producunt, cum in vestris arboribus autumno magna vis sit malorum, pirorum, prunorum.

— Ah, domine, non gelu est, quod maxime floribus noceat. Quocunque aspicio, hortum ubique carduis⁶⁰ sentibus,⁶¹ urticis obsitum esse video; vermiculi, mures, scarabaei,⁶² aves paene homines comedunt.

— Amice, tecum sentio. At non amplius te morabor.⁶³ Da mihi rosam. Cras Romam mihi profiscendum erit, tamen cum rosae ematuruerint,⁶⁴ rursus adero.

Postquam abiit, hortulanus Lucium affatus est:

— Virum illum esse Romae celebrem⁶⁵ audio; poeta appellatur. Tantani pecuniam pro nonnullis versibus accipit, quantam ego per annum quaero. Ei tamen non invideo. Hieme diu hic moratur saepissimeque eum video. Semper flores meos et apes sciscitatur.⁶⁶ Si de apibus loquimur, non eum sermo deficit.⁶⁷ Evidem non eum credo multum rem⁶⁸ apiariam intellegere, tamen meliorem etiam artem se habere dixit. At ignosce quod tantum blatero;⁶⁹ decrepiti homines ita facere solent.

Marius iam dudum iudicium⁷⁰ quoddam

³⁵ egyszerű. ³⁶ belseje ³⁷ kocka ³⁸ sokszínű ³⁹ kirakkott ⁴⁰ udvar ⁴¹ szökőkút ⁴² társalgás ⁴³ félseguszó ⁴⁴ fácán ⁴⁵ mintegy ⁴⁶ tógy ⁴⁷ inyencség ⁴⁸ háztartási ügyek ⁴⁹ költséges ⁵⁰ sétálni ⁵¹ baromfi ⁵² kerítés ⁵³ elkaprátta ⁵⁴ méhkas ⁵⁵ pompázik ⁵⁶ bogáncs ⁵⁷ csipkebokor ⁵⁸ bogarak ⁵⁹ tartóztat ⁶⁰ egészen megérik ⁶¹ híres ⁶² érdeklödik ⁶³ kifogy ⁶⁴ méhészeti ⁶⁵ fecseg ⁶⁶ jegy.

notum in metu senis animadverterat, potissimum in voce neque tamen invenire poterat, quis esset. Sed cum senex pileum lato margine de capite sustulisset, cicatrix⁶⁷ in media fronte sub capillis conspicua⁶⁸ fuit. Repente eventus⁶⁹ dierum iam pridem praeteritorum in animo revixerunt.

Semperne fuisti hortulanus? Audivi te loqui de Aegypto; etiamne ibi hanc rem agitasti?⁷⁰

— Non — respondet senex — hortorum cultum hic didici ante triginta quinque annos.

— Certe multa terrarum loca visisti adolescentis? Nonne fuisti nauta?

— Is fui — ait senex suspiciosus.⁷¹

— Vidistin aliquando sinum interiorem Syracusarum? Novistin insulam alicubi ultra Cretam? Meministin adolescentis Romani, Lucii Marii?

Hortulanus audito hoc nomine subridere coepit.

— Et tu? — quaerit — quis es?

— Ego sum Lucius Marius.

— Ubi senex ex stupore ad se rediisset, dixit:


— Equidem neminem ex iis, qui pridem me noverant, convenire concupisco, sed te... gratia diis, quod huc te duxerunt.

— Veni — inquit Lucius — enarra vitam tuam ab illo tempore, quo internos discessimus.

— Libentissime facio; at veni, residamus ibi sub piro, nam longa erit enarratio.

(*Ad numerum proximum.*)

⁶⁷ sebhely ⁶⁸ látható ⁶⁹ esemény ⁷⁰ üz ⁷¹ gyanakvó.



Tintinnabulum¹ lepusculi.

Olim quidam lepusculus sonorum² habebat tintinnabulum. Lepusculus in silva ambulabat. Tamdiu ambulabat, dum defatigatus sub frutice recubuit. Postquam recubuit, secum³ reputat:

— Attate!⁴ si obdornivero, aliquis meum sonorum tintinnabulum furabitur.

Tintinnabulum e collo demit et ab intiore ramo fruticis suspendit; deinde iterum recumbit sub frutice et obdormisicit. Cum experrectus esset, nullam reperit fruticem; dum enim dormiebat, e parvo frutice tanta arbor facta erat, ut vix cacumen⁵ videret.

— Audin,⁶ sonorum tintinnabulum? — clamat lepusculus. — Descende!

— Non descendam. Cur me de ramo fruticis suspendisti?

Lepusculus iratus dicit arbori:

— Arbor, redde mihi sonorum tintinnabulum!

— Non reddam.

— Non vis? Exspecta modo,⁷ iam reddes.

Lepusculus currit ad securim⁸ et ita rogat:

— Securis, caede⁹ arborem, quia sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Non caedam; habeo,¹⁰ quod¹⁰ caedam.¹⁰

— Non vis? Exspecta modo, iam caedes. Currit at cotem¹¹ et ita rogat:

— Cos, acue¹² securim, quia arborem caedere, arbor sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Non acuam.

— Non vis? Iam acues.

Currit ad aquani et ita rogat:

— Aqua, versa¹³ cotem, quia securim acuere, securis arborem caedere, arbor sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Non versabo cotem — ait aqua — habeo, quod versem.

Currit ad taurum et ita rogat:

— Taure, exsorbe¹⁴ aquam, qui cotem versare, cos securim acuere, securis arborem caedere, arbor sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Non exsorbebo; iam satis aquae potavi.

Lepusculus iratus currit ad venatorem et ita rogat:

— Venator, confice¹⁵ telo¹⁵ taurum, quia aquam exsorbere, aqua cotem versare, cos securim acuere, securis arborem caedere,

¹ harangocka ² szépen szóló ³ magában ⁴ Ejnye
⁵ csúcs, tető ⁶ Hallod-e? ⁷ csak ⁸ balta ⁹ kivág
¹⁰ van mit vágni ¹¹ köszörükő ¹² megköszörül
¹³ hajt ¹⁴ kiiszik ¹⁵ meglö.

arbor sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Quid agis?¹⁶ — inquit venator. — Ego non soleo telo conficere taurum.

Lepusculus occurrit¹⁷ muri.

— Mus, vellica¹⁸ crus¹⁹ venatoris, quia taurum telo conficere, laurus aquam exsorbere, aqua cōtem versare, cos securim acuere, securis arborem caedere, arbor sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Non vellicabo.

— Exspecta modo! — ait lepusculus — iam ego te apud felem criminabor.²⁰

Currit ad felem et ita obsecrat:

— Carissima feles, cape²¹ murem, quia crus venatoris vellicare, venator taurum telo conficere, taurus aquam exsorbere, aqua cōtem versare, cos securim acuere, securis arborem caedere, arbor sonorum tintinnabulum reddere recusat.

— Faciam libenter — ait feles — si lac mihi tuleris.

Lepusculus currit ad vaccam et ita rogat:

— Vacca, da mihi lac; lac feram feli, feles murem capiet, mus vellicabit crus venatoris, venator taurum telo conficiet, taurus aquam exsorbebit, aqua cōtem versabit, cos securim acuet, securis arborem caedet, arbor reddet sonorum tintinnabulum.

— Dabo libenter — ait vacca — si fenum mihi tuleris.

Lepusculus currit ad messorem²² et ita rogat:

— Messor, da mihi fenum; fenum dabo vaccae, vacca dabit lac cet.

Messor lepusculum miseratus est²³ et fenum ei secuit. Lepusculus fenum vaccae tulit. Vacca fenum comedit et statim dedit lac lepusculo. Lepusculus lac tulit feli, feles lac potavit et cepit murem. Mus vellicavit crus venatoris, venator telo confecit taurum, taurus exsorbuit aquam, aqua cōtem versavit, cos acuit securim, securis cecidit arborem, arbor statim reddidit sonorum tintinnabulum.

Lepusculus illico²⁴ imposuit collo tintinnabulum neque amplius dempsit.²⁵

¹⁶ Hová gondolsz? ¹⁷ találkozik ¹⁸ megesíp ¹⁹ láb-
szár ²⁰ bepanaszol ²¹ megfog ²² kaszás ²³ megsajnál
²⁴ tüstént ²⁵ levesz.



Agricola dives conspexit virum, qui a piscina¹ tam magnum pisces furatus est, ut ei e pallio² prominaret. Agricola ad virum accedit et subridens eum increpat:

«Amice, alia occasione aut pallium longius gesta, aut pisces breviorem furare».

*

Quidam navigaturus monitus est, ut caveret, ne naufragus³ a piscibus devoraretur.

«Quid — inquit — metuam pisces, qui tot pisces devoravi?»

*

Thales Milesius interrogatus, quantum distaret⁴ a mendatio veritas, respondit:

«Quantum oculi ab auribus».

*

Philippus rex cum ad Lacedaemonios misisset interrogatum, amicum — ne se, an inimicum venire velint, responderunt:

«Neutrum».

*

Magister: Dic nobis animal quadrupes,⁵ Petre!

Petrus: Animal quadrupes est mensa.

Magister: Aselle, mensa non est animal

Petrus: Animal quadrupes est leo.

Magister: Recte dixisti. Nunc velim dicas nobis animal sex pedibus.

Petrus: Animal sex pedibus est musca.

Magister: Optime. Nunc nomina aliud animal sex pedibus!

Petrus: Aliud animal sex pedibus est... alia musca.

*

Nauta quidem e portu navigaturus ab amico his verbis retentus est:

«Quo vadis, audax, cum scias patrem et avum in mari periisse?»

«Age, num tui — inquit nauta — ubi sunt mortui?»

In lecto⁶ — respondit alter. —

«In lecto? et tu tamen in lecto pernoctare⁷ audes?»

¹ halastó ² köpeny ³ hajótörést szenvéd ⁴ távol
áll ⁵ négylábú ⁶ ágy ⁷ éjjelt tölti.

AENIGMATA.



Josephus Rosenberg.

Series numerorum 1—64. describenda, postae verborum dissolutorum sub numeros pertinentes sunt consignanda, quo facto dissolvetur epigramma, quod in realgymnasio puodam memoriam servat discipulorum, qui pro patria fortiter ceciderunt.

1. 22, 23, 2 — regnum regit.
2. 57, 56, 2 — sole oriente fit.
3. 20, 21, 22, 9 — Caesar Romanus crudelissimus.
4. 37, 36, 35, 60 — corpus et animum habet.
5. 31, 32, 33, 34 — brevis est et semper brevis fuit.
6. 10, 9, 8, 3, 10 — persaepe inscribitur.
7. 17, 18, 19, 5, 6, 39, 4 — in quo ara est.
8. 2, 3, 22, 2, 3, 26 — rex Persarum.
9. 14, 15, 16, 31, 32, 45, 48 — in cenam invitatur.
10. 40, 41, 42, 43, 12, 13, 34 — urbs Italiae.
11. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 39, 19 — si bonum est, imitandum.
12. 31, 32, 34, 33, 7, 52 — avus Vergili fuit.
13. 49, 50, 10, 11, 26 — eibus quotidianus.
14. 40, 41, 42, 29, 30, 22 — plenus non studet libenter.
15. 57, 56, 58, 51, 56, 63 — gaudium saepe sequitur.

16. 49, 50, 51, 52, 53, 27, 28, 32 — nobiles Romae.
17. 45, 46, 47, 38, 39, 35 — omne, quod est nimium, vertitur in ...
18. 24, 25, 7, 4, 1, 24, 21, 26 — filius Tydei.
19. 37, 38, 52, 39, 42, 55, 60 — avis peregrina.
20. 12, 34, 27, 28, 29, 39, 26 — scriptor rerum Romanarum.
21. 13, 16, 20, 15, 14, 3, 10, 26 — qui poena absolutus est.
22. 34, 27, 37, 28, 6, 57, 30, 44 — dux fortissimus belli Troiani.
23. 53, 54, 42, 39, 54, 61, 59, 39, 44 — mensis.
24. 11, 12, 1, 4, 11, 26, 26, 34, 62, 63, 64 — missa finita auditur.
25. 24, 25, 26, 14, 11, 5, 56, 6, 39, 44 — scholam frequentat.
26. 38, 39, 40, 21, 20, 47, 56, 27 — ephemeris nostra.
27. 38, 39, 44, 47, 46, 10, 11, 54, 42, 56, 26, 63, 62, 61, 23, 24, 25 — princeps primas Hungariae.

Paulus Farkas.

Solutio aenigmatum Numeri VIII.

1. Saturnus. 1. Postumus. 3. Pindarus. 4. Faunus. 5. Terentianus. 6. Thaliarcus. 7. Series directae. 1. Vita. 2. Sint 3. Virtus. 4. Micui. 5. Erasmus. 6. Nat. 7. Ubi. 8. Sit. 9. Mare. 10. Veru. 11. Tegula. 12. Ultra. 13. Calamus. 14. Uro. 15. Res. 16. Aer. 17. Iam. 18. praeter. 19. Aeria. 20. Celsus. 21. Meus. 22. Iste. 23. Eme. 24. Romulus. 25. Ama. 26. Pluto. 21. Illudo. 28. Gula. 29. Roma. Series libratae. 1. Viris. 2. Sicani. 4. Meta. 13. Cor. 16. Attalus. 30. Initimus. 31. Ubi. 32. Sit. 33. Ave. 34. Regulus. 35. Ultimus. 36. Sura. 37. Aste. 38. Ripa. 39. Ares. 40. Amarum. 41. Ero. 42. Est. 43. Ver. 44. Emo. 45. Templum. 46. Ulula. 47. Paludamentum. 48. Uto. 49. Naso.

Csipő (Györ), Discipulae VII. cl. gymnasii Maria Theresia (Budapest), Elisabeth Weisz et Livia Freiberger (Szombathely), Franciscus Szabó (Veszprém), Gisela Autherid (Szombathely), Ermínius Happ (Budapest), Aloysius Krizsán (Budapest), Stephanus Pauer (Szombathely), Ladislaus Veder (Szombathely), Prisca Morgos (Kaposvár), Georgius Hoffman (Szombathely), Antonius Kegl (Szombathely), Ernestus Visi (Györ), Iustina Varga (Szombathely), Georgia Juhász (Szombathely).

Moderator ephemeridis: E. KEMENES dr. O. S. B.

Budapest, VIII., Baross-u. 62.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis:

Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr.).